



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Opinio

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

virtute præditum fuisse negant *Baronius l.e.* (simplici enim oleo benedicto ad curandos morbos ut licet, & licuit. vide *Sozom. hist. l. 6. c. 21. & 29. Ruffi. l. 2. c. 4. Clem. l. 8. constit. c. 35. Bellar. Baron. l. c.*) *Sot. l. c. ar. 1. Iansl. c. Ruardus in ar. 12. Bellar. l. c. c. 2. Val. l. c. p. 1.* affirmant autem *Vualdensis t. 2. de sacr. c. 163. Castro. de Hæres. V. ext. vñct. Io. Maldonat. in c. 6. Marci,* contra prioris sententiæ authores districto gladio pugnans.

Consecratum chrisma adhibere ad sanandos cœcorum oculos, Papa indulgente licet. *Syl. vers. Oleum.*

Opinio, vide Dubium.

1. **O**pinio est assensus cum formidine de opposito.

Oratio, vide Hora Canonica.

1. **Q**ui orat ex obligatione tenetur attendere, alioqui non satisfacit.

* *Fum. Oratio. i. Nau. c. 25. nu. 97. 105. 106. vide Tol. l. 2. c. 13. num. 9.*

2. Possunt orari, & animæ quæ sunt in purgatorio (etsi quidam id negent) & qui creduntur esse in cœlo, sed priuata solum oratione.

* *Negent Syl. Oratio. nu. 3. ex D. Thom.*

3. Obligare orandi præceptum in maxima tua, aut proximi necessitate, item cum necesse ad gratiam præparari, ut cum suscipiendū est